

An Scri-
ptum con-
cepit Iose-
phus des-
ponsa, vel
iam coniu-
gata?

Hieron.

Virgo iam
nupta, dum
mater cog-
nita.

Ambros.

Math. 1.

18.

Chrysol.

Ambros.

Cur si nup-
ta, dicitur
tantum
sponsa?

Maldonat

Syael.

Euripid.

tequam convenirent in coniugium: ita ut post pactum, fieri ab Angelo salutata, & gra-
vida Iosepho per matrimonium coniuncta. Similiter cogitatur Hilarius, Canon. 1. Basil.
Homil. de Human. Christi generat. Origin. d. Homil. 1. Cyril. Microsolum. Cateches. 12.
Castro de Vit. Despar. cap. 4. n. 20. Abulens. & alij apud Theophil. Raynaud. Dipyte.
Mariam, punct. 5. §. 1. ac Suar. Tom. 2. in 3. p. D. Them. disput. 7. sect. 2. Sine ambigui-
tate suum in presentem articulum sensum prodit Hieronym. Serm. de Virgin. nativitat.
Tom. 4. Nuptiarum iure (inquit) de more celebrato, Ioseph in Bethlehem recedit, domum
suam dispositorus & nuptijs necessaria procuraturus. Virgo autem Domini Maria cum
alijs septem virginibus coevis & collachaneis, quas à sacerdote acceperat ad domum pa-
rentum suorum in Galilaam reversa est. His vero diebus missus est ad eam Angelus, &c.
Ioseph igitur à Iudaea veniens, desponsatam sibi Virginem uxorem ducere intendebat: iam
namque tres fluxerant menses, & quartus instabat ex eo tempore; quo sibi desponsata
fuerat. Interea puerperam se manifestare cepit; neque hoc latere potuit Ioseph: nam
sponsi more, liberius ad Virginem introiens, & familiaris cum ea loquens, gravidam esse
deprehendit. Sola iuxta illum celebrata in Sanctuario sponsalia de futuro, non vero
sponsio tradita Virgo; in quo statu tantum desponsata, uxor vero non dicta, quousque
Ioseph duceret, atque coniugium iniret. Hoc igitur intuitu dicitur: Uxor futura, quæ
desponsata: quam vidit prægnantem citius, liberiori licentia futuræ uxoris; quippe vidit
in manu traderet.

38 Haud vera sententia, sed non exprobanda, nec exprobranda, maxime cum tanta
& tanti Doctoris nota; ubi debet esse nulla. Iam ergo erant nuptiæ per verba de præsen-
ti contractæ, dum Angelus Domini decretum SS. Trinitatis nunciavit Mariæ, & ipsa
extra templum, traducta uti coniux per Iosephum in propriam domum: quapropter im-
mediate dicitur Ioseph vir eius; non est autem vir desponsandæ, sed erit: non vir du-
cendæ, sed per matrimonium ductæ. Ita ergo Virgo erat, dum maritus prægnantem vi-
dit, & quia vidit ita dimittere voluit: Coniugij testificatio, nuptiarum celebratio decla-
ratur. Quam non accipit, nemo dimittit: subdit Ambros. ubi nam. 35. Non enim dece-
bat Virginem solum desponsam, progredi in visitationem cognatæ, & ita longe; ut fa-
cilius Ioseph assentiret iururiz: nec ita anxie cogitatio sponsam premeret; ni matri-
monio rato Virginem contraxisset: dicere itaque iurè quibat, sponsalia de futuro promi-
sisse cum virgine: nequaquam cum fœmina totius familiz publico dedecore: quinimò
necessarium non erat, illam dimittere occultè, sed dumtaxat quod erga illam operaretur
ex lege, Deuter. 22. 23.

39 Adhuc instat acceptio communis contrariæ vocis. Si tunc Virgo uxor Iosephi,
illi iuncta, ab illo legitime ducta, atque simul coniugata; quare dumtaxat dicitur despon-
sa Maria? Cum desponsata esset mater Iesu, Maria Ioseph. Sponsa ergo dic tur, haud quia
necdum coniugata; sed quia non magis à viro cognita, quam qua necdum coniugata.
Chrysol. serm. 156. Verè sponsa, que virginali partu: & serm. præced. Sponsam vo-
cari coniugem legitur hoc divina; sicut ergo manente virginitate mater est; ita coniux
dicitur pudore permanente. Ambros. d. Verè desponsata, sed virgo. Ioseph noluit timere ac-
cipere Mariam coniugem tuam. Si Mariam coniugem accipis, ne timeris. Habitaris iu-
venis cum virgine: & licet connubij vincula, ut sponsus cum sponsa. Aitipulatur Mal-
donat. in Luc. 2. n. 5. Desponsata Græcè dicitur Memnestimene, que eam proprie signifi-
cat, que desponsa & pacta in coniugium est, nondum tamen domum ducta. Quamvis Ma-
ria verè iam ducta esset, desponsa vocatur, ut indicaretur, ita eam uxorem fuisse, ut es-
set tamen virgo. Cur modò in coniugio Virginis non palleat Maldonatus ad vocem
Uxoris? In rem Synesius Hymn. 5. a v. 1.

Canamus Filium Sponsa,
Sponse non nupta,
Hominum mortali connubio,
Ineffabile Patris consilium,
Serum Christi partum,
Venerandus Virginis partus
Homini edidit furmam,

Etiam Euripides in Hecub. v. 948. singulari enthusiasmo dixit: Nuptia non nuptia: igitur
virgo permansit & cum prole in nuptijs immacolata, quasi non esset nupta.

40 Haud alio proposito Augustin. Virginem coniugatam in nuptam vocat. Utròbique
mi-

miraculum (inquit serm. 18. de SS) & sine corruptione gravida, & in partu virgo puerpe-
ra: nec quia peperit in nupta terretur, sed quia genuerit (pro Peperit) cum exultatione
miratur. Ut vidimus, sup. n. 5. Virginem fatetur Augustinus coniugatam; & propter con-
iugij singularitatem vocat in nuptam; quippequam virgo nuptijs hæret & permansit, quasi
nupta nunquam vollet. Sedul. lib. 2. Carm. v. 40.

Stupet in nubia tenus

Virgo sinas, gaudetque suum paritura parentem.

Sponsa dicitur Maria, quippe virgo, eadè coniugata: & in nubia simul; & etenim nupta
quoad matrimonij iugum, sed non quoad thorum. Genitricis utique dignitatem obti-
nuit, & virginalem pudicitiam non amisit. Etenim in coniugium ducta, iurè placidit
sponsa: igitur in portentum oibus, & proprij argumentum charismatis, quæ ducta, quasi
non esset, in statu virginitalis. Nec oblat in dicta illud Angeli ad Iosephum, revelantis
quod ignorabat arcanum: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quasi in coniu-
gere necdum accepisset: nemo enim accipit, quod iam habet. Non oblat, quippe Ac-
cipere per catachresin significat Retinere, seu Non repellere. Prov. 8. 10. Accipite disciplinam
(ne depellatis) & estote Sapientes. Eccli. 6. 24. Accipe consilium intellectus, & (pro idest)
ne abijcias consilium mentium. Sapient. 2. 4. Oblivionem accipiet: pro Retinebit. Idem, 2.
Petr. 1. 9. etiam apud Criticos usus est phrasis. Omen accepit. Turneb. 5. Advers. cap. 8.
pro Retinuit, aut Non dimisit, vel Sprevit. Ibid. lib. 27. cap. 32. Qui comitia habebat,
nomen accipiebatur: pro Retinebat, ne repellere sine suffragijs. Cicero, 2. ad Artic. Epist.
22. Accipit in amicitia: idest, haud pepulit, sed in amicitia retinuit. Ibid. Epist. 16.
Hospitalio in agresti accipiemus. Retinebimus nempe: & lib. 8. Epist. 1. Roga eum, quem
admodum illum Ariminii accepit: idest, tractavi, habui, non deserui. Idem Plaut. in Am-
phitr. Act. 1. scen. 1. v. 14. Terent. Hecyr. 4. 4. v. 16. Propert. 1. Eleg. 10. v. 12. & 4. Eleg.
9. v. 46.

Accipe commissæ munera lætitiæ.

Accipe que nostræ formula legis erit.

Hoc est, ne repellas, serva, amplectere, retine. Virgil. 3. Eneid. v. 250. ac usquequaque:
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

41 Iuxta eiusmodi sensus, exponenda genuinè Angeli ad Iosephum periodus. Vi-
dit Sponsam præterentem utero insigni fœminæ; sed propudium ignominie inter varias
assultantes acriter cogitationes, ut posset fugere insaniam, voluit occultè dimittere eam.
Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Angelus in formis de veritate
perculsum monuit. Amanti vel noticia in formis iusticiæ, Noli timere accipere Mariam
coniugem: ne repellas coniugem virginem, igitur tuam expelles deserendo felicitatem,
qua pater nominaberis, eius qui tantum patrem habet in cælis. Habe, serve, serva: ne
desertas nec dimittas. Non est periculum in consortio: imò totius felicitatis perfectio,
inuitato miraculo, à seculo non audito. No i timere retinere tecum prægnantem coniu-
gem; & quippe habes virginem. Fœtus enim non est hinc: quod in ea natum, de Spiritu
Sancto est. Aiquid videor mihi videre magis genuinum. Ioseph accepit Sponsam Ma-
riam in coniugem, quam cultu præ nimio amore eximie prosequetur. Ita animo ar-
dentissimè amolectur, sese cogitans inter cunctos felicitem; secum uti suam possidens
& terræ & cæli felicitatem. Vidit prægnantem, quam cogitabat virginem. Ut vidit, ut
perij, cecidit animo, tepuit dilectio, & fastidio apparentis iniuriæ expulit aliquomodo
a pectore, quam servabat & observabat intimo corde. Dimittere cogitabat, quam ab
animo expulerat: Angelusque, Ne times accipere iterum, quam virginem accepisti in ma-
trimonium. Accipe, quam repulisti. Ex textu lucet. Non dicit Angelus: Noli timere ac-
cipere Mariam coniugem. Iam acceperat: sed Mariam coniugem tuam. Expulerat animo
coniugem, quippe non virgo. Falleris: virgo est, & tibi respondet amore, imò in fide
tanta superat fide. Vel prægnans, quia è cælo, virginis custodit formam. Noli timere ac-
cipere Mariam coniugem tuam Floridissimè Mellius Souza, lib. 6. a v. 4.

Sponsus Ioseph

Indicio percussus, alit sub pectore primos
Zelotypi motus, curasque in mente volutat.
Sed quia iustus erat, decrevit parcere fama
Virginis, & tacitus patriâ decedere terrâ,
Et procul occultè solam dimittere Divam.
At ea perplexa volventem corde, benignus

August.
Quare dicitur
in nupta?

Sedul.

M. th. t.

20.

Catachresis.

Et prodest

A cipere pro

retinere, tra-

hare, non

deserere, ex-

pellere dimitt-

tere.

Propert.

Virg. l.

Ioseph o-
mnia
iugem ange-
li monita ac-
cipit, quam
ab animo ex-
pulsit.

Ad.

Admonet in somnis clarus demissus Olympo
 Angelus, & verbis lenis celestibus agrum:
 Ne trepides castam, vatis sate sanguine Regis;
 Custodire domum: tectis succede publicis.
 Virginitatis eris custos, servabis amata
 Iura pudicitia. Quod enim gerit illa, potenti
 Ex hominum Superumque Deo concepit, & alma
 Spiritus afflavit nullo violante pudorem.
 Tunc abiire vivo somni (si somnus inertem
 Obruerat mentem penitus, sensusque tenebat)
 Sed nec somnus erat verus, nec noctis imago
 Luserat: infignes vidit splendescere vultus,
 Mirifico sermone loqui, componere mentem
 Ambiguam facti: Superum cognovit Ioseph;
 Abicique animo varios velut aquoris astus,
 Peccata sollicita sedans volentia curas.
 Ergo libens ea iussa facit, Sponsamque pudicam
 Accipit, & magno Divam reveretur honore.

Soul

Ritus nuptiarum.

Homer.

Inter Romanos.

Statius.

Ovid.

Lucan.

42 Ergo emerimus: verum in complementum Tautologie, quia fax etiam accenditur in plures auctoritates Scripturarum operæpretium arbitror, relationem inferere ritum nuptiarum solemnitate Ethnicorum, reliquis eorum spurcitijs abortu superstitionis. In hoc ergo argumento plura prætereunda, quam dicenda, ne turgeat pagina, simulque nota fiant que selectiora. Ante Troiana tempora ritus refert Homer. 18. Iliad. v. 501.

Nuptia erant, conviviique solemnia.
 Sponsas autem ex thalamis, radis succensis,
 Ducebant per urbem, mulisque Hymeneus excitatus erat.
 Iuvenes autem saltatores in orbem sese agebant, interque hos,
 Tibia citbaraque sonum edebant: matrona admirabantur in vestibulis.
 Inter Romanos Apuleius 4. Metam. per apices narrat, narrationeque illustrat Beroald.
 Uberim Claudian. in Nuptijs Honorij & Marie ac in Epithalam. Palladij & Serene. Statius 1. Silvar. 2. & Ovid. 4. Metam. fab. 19. post Numina & sacra, succinxi:
 Proinus Andromeden, & tanti præmia facti
 Indotata rapit tadas: Hymeneus Amorque
 Præcipiunt: largis satianur odoribus ignes,
 Sertaque dependant tectis, & ubique lyraque
 Tibique, & cantus animi felicitæ læti
 Argumenta sonant: reseratis aurea valvis
 Atria tota patent, pulchroque instructa parati
 Cæphæi Proceres inveniunt convivio Regis.

In nuptijs Martiæ & Catonis, per omnia (quippe aliena thori solemnitate civilis discordia tempora) micat inter Romanos nuptiarum gloria. Ita apud Lucan. lib. 2. de Bell. Pharsalâ v. 352.

Fœdera sola tamen, vanaque carentia pompâ
 Iura placent, sacrisque Deos admittere testes.
 Festa coronato non pendens limine sarta,
 Insulaque in geminos discurrunt candida postes,
 Legitimaque faces, gradibusque acclivis eburnis
 Stat thorus, & picto vestes discriminat auro:
 Turritaque premens frontem matrona corona
 Tralata vetuit contingere limina plantâ.
 Non timidum nupta leviter tectura pudorem
 Lutea demissos velarunt flammae vultus:
 Baltheus haud stucos gemmis astrinxit amictus;
 Colla monile decens, humerisque harentia primis;
 Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
 Non soliti lufere sales: nec more Sabino
 Exceptit tristis comitia festa maritus.
 Pignora nulla domus, nulli coeire propinquit:
 Inguntur saciti, contentique aspice Bruto.

Per:

43 Personæ in huiusmodi functionibus erant, ut sunt, Sponsus, cum illo Auspex seu Paranympus, cum illa Pronuba, sive ductrix & sponsæ moderatrix, simul cum alijs feminis cognatis, & pedisequis; sicut cum Sponso sodales & amici (qui in Scriptura dicuntur *Filij nuptiarum*, filij sponsi. Marc. 2. 19. & Luc. 5. 34.) ita Pellus lib. 3. cap. 7. n. 4. & Iuvenal. 10. Satyr. v. 336. Hi totius functionis adhibiti testes iuxta Ambronium de Virgin. lapsa, cap. 5. Inter decem testes confectis sponsalij, & nuptijs consummatis. Catull. d. 1. v. 1.

Personæ ip nuptiarum functione.

Ambr.

Catull.

Iuvenes surgite,
 Expectata diu vix tandem lumina tollit.
 Exa veniet virgo, iam dicitur Hymeneus.
 Cernitis inmuta iuvenes? Consurgete contra.

Samsonis in obsequium cum esset Sponsus, dederunt ei cives Thamnatha sodales triginta. Iudic. 14. 11. & 1. Machab. 9. à 37. Nunciatum, quia Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba: & dixerunt, & ecce tumultus & apparatus multus, & sponsas processit & amici eius & fratres eius obviam illis cum tympanis & musicis. Matrone accedebant in honorem & puella in plausum. Cantic. 6. à 7. Adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea. Viderunt eam filie, & beatissimam predicaverunt, reginae, &c. Theocrit. Edyl. 18. à v. 2.

Huc viridi bis sex in veste puella
 Delectæ numero ex omni, quas illa tenebant
 Metria; progressu festas auxere choreas
 Ante recens pictum thalamum, cum filius Atrei
 Tyndaridem sibi delectam despondit.

Theocrit.

De Paranympo ex professo dicemus, præter Præcurfor fuit Sponsi Ecclesiæ Christi, num. 77. & seqq.

44 Conveniebant ergo omnes ubi nuptiæ celebrandæ, iuxta morem cuiusque gentis: inter Proceres frequentius celebrabantur in villis, quibus domus geniales, ob diversitatem à ferijs. Vernacule: Casas de plâcer. Iuvenal. lib. 1. d. 1. v. 354. Tyrusque palam gentilis in hortis. Adifis Menoch. de Republi. Hebr. lib. 3. cap. 21. quait. 10. Sherlog. 1. in Cantic. Anteloq. 5. alioque Expositio es in Cantica, quò in propositum plurima testimonia. Iuxta Plinius. lib. 8. cap. 48. & Tabern. in Cassin. Plaut. A. 2. scen. 8. v. 10. candidati in nuptias adibant Sponsi, & perâ toga que candida: Rectâ tunicâ. (subdit Plinius) quales cum toga para induuntur novæ nupti. Ad. Iust. Lips. 1. Elethor. cap. 13. Cæd. Rhodigin. 1. 4. cap. 16. & Alex. Neapol. lib. 5. 18. & præcit. cap. 5. lib. 2. Alij intelligunt per togam puram, albam: per rectam, purpuream.

Feribant nuptiæ frequenter in bur-tis.
 Iuvenal. Pl. n.
 Quæ veste, & cuius coloris sponsi.
 Ovid.

— In niveo mistum candore ruborem: Miratur.
 Accinit Ovid. 3. Metam. fab. 6. Rubore nives. Claudian. de 3. Honor. Consul. vers. 99. Lactea sanguine punice, vel ebur tingitur. Ostrvo. Statius 1. Avil. v. 3. & Apuleius d. lib. 11. Nunc albo candore, nunc: croceo flore: quo intelligitur illud Cantic. 5. 10. in sponsalibus: Dilectus meus candidus & rubescens, electus ex millibus. Quisquiliæ ornatu puellarum Sionidum signantur ab Ista, 3. à v. 16. de quibus nos singillatim. Tom. 3. T. 1. à num. 20. sicut Menoch. d. quæst. 3. de studio corporis cultu & ornatu in præparatione ad nuptias, Eph. 2. à 12. & Iudith. 10. 3. Multiplex erat, & tantus, ut verè diceret Ovid. 2. Amor. 2. v. 7. Inter ornatus minima pars, puella. Aliquando nova nuptia veste versicolore utebatur, longè latèque fusa togâ ad talos demissa, itolaque & flammae ac vittis & reticulo. Alexand. Neapol. lib. 5. cap. 18. Horat. 1. Satyr. 2. v. 99. Tiraquell. in Connubial. leg. 3. n. 30. alijque apud illum, Brevi Itai. 61. 10. Quasi sponsam ornatam mulieribus suis: & Apocal. 21. 2. Sicut sponsam ornatam viro suo.

Cantic. 7. 10.
 Ornatus quantus ipsa sacral!

45 Redimiri utrumque coronâ, diximus supr. Apertè ornabat sponsum, sed sponsum sub amiculo. Sext. Pompei. lib. 13. Rosin. d. 5. cap. 137. Corollam nupta nova ferebat sioribus, verbentis, & rbiisque à se lectis sub flammae: empta sarta gestare, vitio dabatur (addit Alex. ab Alex. d.) Athenis verò invaluit usus, ut Sponsi caput caricis, & palmarum fructibus, legumine & colybiji inspergant. Statius, 1. Silv. 2. v. 19.

Ornabatur ut ergo coronâ.
 Ex qua materis & qualis.
 Status.

Sarta sunt: nec blandus amor, nec gratia cessat.
 Floribus innumeris & olenti spargere thymbrâ.
 Tu modo fronterosas, violis modò lilia mista
 Excipit, & domina niveis à vultibus obstat.

Meminit Tertullian. & de Coron. Milit. à cap. 7. & de Pallio, cap. 4. Itai. 61. 10. Quasi sponsam Tom. VIII. Tant. Gggg sum

sum decoratum coronâ Ingratam Synagogam in Sponsam assumptam ita alloquitur Dominus, apud Ezech. 16. à 10. *Vestivi te discoloribus, & calcavi te ianthino, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornavi te ornamentis, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi insuorem saper os tuum & circulos in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Etiam cothurnorum meminit, quippe nuptis moris erat foccos luteos, idest, purpureos gestare. Rosin. quò nuper. Senec. in Hippolit. vers. 321. Unde de Cantic. 7. 1. dicitur sponsa: *Quam palabri sunt gressus tui in calcamentis, filia Principis!*

Cant. 7. 1.
46 Etiam elegantia in ordine capillitij, studio speciali compti. Claudian. in *Nupt. Mariae*, à v. 99.

*Cæsariem tunc fortè Venus subnixâ corusco
Fingebat folio: dextrâ levâque sorores
Stabant Idalia: largos hac nectaris imbres
Irrigat, hac morsu numerosi dentis eburno
Multifidum âsferimen arat: sed tertia retrâ
Dat varios nexu, & iusto dividit orbes
Ordine, neglectam partem studiosè relinquens:
Plus error decuit.*

Plura diximus, Tom. 4. T. 1. Nupta septem crinibus ornari solebat, uti observat Cicer. 1. de *Divinat.* Senis, placet Sext. Pomp. lib. 3. quia eiusmodi capillorum specie comebantur Virgines Vestales. Crines hic accipe pro cirris, seu capillorum catenis, quippe in modum catenarum crines torquentur, ut late dixi loc. cit. n. 42. & *Tautolog.* 13. n. 5. ita fecantur septem crines Samsonis, portatur Habacuc in cincinno capitis, & Sponsæ unico crine vulteratur Sponsus. Sæpe nexu in turrim tænia efformabat, quæ dicebatur corona. *Luna nupte* (instit Martian. Capella, lib. 1.) ex purgatioris auri splendente venâ addiderat *crinibus sociale vinculum.* Aliquando palsa sine nexu, sed cuiusq. cæsarie rutilabant auri ramenta, quasi scintille adversa eminus oculis luce. Vel in vitis usus, uti diximus hic ex Iosepho, *Tautolog.* 3. num. 38. de Sodalibus Salomonis, *fulgor à capitibus eorum reflecteretur.* Inuitati sunt præ mollitie delicatuli, pulcelli, comptali Imperatores Romani: Luc. Verus, ut refert in eo Spartian. Gallienus, ut Trebell. Pollio: & Commodus, iuxta Lamprid. magis mos inolevit in nuptijs, uti canit Anacreon, *Carm.* 17.

47 Inter Romanos priusquam in lubitum ordinem apparetur capillitium, fuit inviolabilis abservantia, caput novæ nuptæ comere hastâ *Celibari* dicta, quæ in corpore mortui gladiatoris steriles; frontemque & cincinnos discriminare, eò quod inter illos primæ nuptiæ bello & pugna contracta fuerint. Ita Plutarch. in *Romul. & Problem.* 87. ubi alias cogitat huiusce frigiditatis causas. Alex. Neapol. & Rosin. d. Ovid. 2. *Fastor.* v. 429 & 539.

*Nam fuit illa dies dura, cum sorte marita
Reddebant uteri pignora rara sui.
Nec tibi qua cupida matura videre matri,
Conat virgineas hasta recurva comas.*

Varro pro hasta recurva intelligit acum crinale, quæ in cinere calcata crispatur capillus; sed frequenter accipitur pro cupidæ hastillis gladiatoris, dicta *Celibari* à Curite lunone (cuius insigne hasta) in cuius tutela erant Romanæ matronæ. Anron. Constant. hic & Cæli. Rhodigin. lib. 21. cap. 16. In Scriptura nec mentio huiusmodi superstitionis; sed Hadij in plomachos cincinnorum denotatur, dum dicit Dominus per Isaiam, imminente Babyloniæ captivitate, cap. 3. 17. *Crinem earum nudabit:* de quo late egimus loc. supr. cit.

48 Fasciæ pectoralis Sponsæ meminit Ieremias, 2. 32. Inter Ethnicos dicebatur *Zona virginea* (status virginialis insigne) quæ fiebat ex lana ovis, qua de causa ab Anacreonte *Carm.* 20. vocatur *Strophium.* Ab Alex. & Rosin. d. dicitur *Cingulum* cum nodo Herculeo, seu solutionis diffinilis respective ad Sponsam, ut notat Catullus d.

*Zonam solvit diu ligatam:
Fusè illustrat Tiraquell. Connub. leg. 3. à n. 31. Hac lege que sponsa fuerat, fiebat uxor: subdit Rosin. & Pompeius, lib. 3. Ovid. Epist. 2. v. 116.
Castaque fallaci zona recincta manu.*

Utitur phrasi Theocrit. *Edyl.* 20. v. 20. Homer. 11. *Odyss.* vers. 74. & in *Hymn. Vener.* vers. 106. Hoc officium signabatur Iunoni Cinxæ. Magis pudicè, vel minus indecorè alij Zonam tribuunt Dianæ, quàm solvere narrantur primò parientes, dicantque Diana, nato in-

Zona seu fascia virginitatis, & cingulum. Catull. Rosin. Ovid. Balthazar in fœminis spos. si. qua lit. & ad quæd.

inde illius cognomento. Cæli. Rhodigin. 16. cap. 10. Nonnulli zonam appellant baltheum ut sinus vestium ab illo penderent, ne semper fluerent: qui si nuptialis, erat ornatus bullis, gemmis atque lapillis prætiolis; quapropter à Claudian. 1. de *Laud. Stilic.* v. 83. dicitur: *Siravis præ gemmarum pondere. Balthei consillati seu conspellati: & auri nominantur in Gallien. à Trebell. Pollion. quia stillis seu stellis d'An. stii aureis.* Rhodigin. 22. cap. 21. Meminit Sidon. Apollin. *Carm.* 2. v. 30. Virgil. 12. *Enoid.* v. 942.

Baltheus, & notis fulserunt cingula bullis.

Idem apud Stacium, 7. *Libraid.* v. 15. Valer. Flacc. 5. *Argonaut.* v. 578, & Ansonius *Etyl.* 2. de *Cupidin.* v. 15. *Aurata fulgentis cingula bulla.* Bulla dicti claviculi auri vel argentei, vel gemmæ, quæ in cingulis adinstar stellarum fulgent; uti observat La-Zerd. in loc. cit. *Virgil.* n. 6. Corrippus African. lib. 4. n. 3. opportunè canit:

*Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro
Baltheus effulgens, lumbes perstrinxit heriles.
Per habitus, par forma fuit, vestisque lucebat
Concolor, atque auro rubedant cingula mundo.*

Infinuatur huiusmodi ornatus *Pssim.* 44. in nuptijs: v. 10. dicitur Sponso: *Astite Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate:* v. 14. *Ornis gloria eius filia Regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.* Hieronym. ex Septuag. In *scintillatis.* Syr. In bullis aureis. Malaend. *Esfetsj aureis, ocellatis auro, circumscutularionibus auri.* Miscentur sacra profanis.

49 Peplo quasi recondite (oculis exposita pretiosa veste) fulgebant nimis tota maestas Sponsæ: hinc dicitur, *Ornis gloria eius filia Regis ab intus;* liquidem velata thecystro, aut flammæo in publicum etiam ad nuptias exhibat: quare concupiscens Rex eius videre decorem, illam alloquitur: *Offende mihi faciem tuam.* Cant. 2. 14. Fere in cunctis nationibus usus velaminis fœminarum, maxime dum sponsæ ducuntur. Amiculum sponsæ peplos, seu flammæo sponsale. Pollux d. *Martial.* 1. 1. *Epigram.* 79. Statius. 2. *Thebaid.* v. 340. Claudian. 2. de *Rapt. Proserp.* v. 17. & 275. *Capella, lib. 9. Nupt. Mercar. & Philol.* Catull. sæpe in *Nupt. Iul. & Mani.* Iuvenal. 6. *Satyri.* v. 225. Sæcton. in *Neron.* cap. 28. *Apul. 4. Metam. Luc. Flor.* lib. 4. cap. 2. Zerd. in *Eclog.* 2. *Virgil.* v. 50. n. 13. Gaudialis, de Salas in *Petron. Satyric.* pag. 14. à lin. 17. ubi electiora. Hic ritus iurè plausus, ne pudicitia pollueretur aspectu. Tertull. de *Veland. virgin.* quò infr. n. 50. & Isidor. 9. *Origin.* cap. 7. Etiam velate ad virum ducuntur, unde *Nuptiarum nomen ducuntur est. Quod regeveur caput, Nupte dicitur.* De colore in AA. varietas. Luteus, idest, purpureus, frequentior, ideo dicitur flammæum, et si Sext. Pompei. lib. 3. dicat, Flammæum dictum à Flaminiæ Flamini uxore, cui divortium facere, non licebat. Unde Flammæum, quasi bono omine factum auspicium. Dalecamp. in *Plin.* lib. 21. cap. 8. ubi: *Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammæis totum fœminis concessum.* Senec. in *Oedip.* vers. 420.

*Crine flaventi simulata virgo
Luteam vestem retinente zonâ:
Unde tam molles placere cultus,
Et situs laxi, fluidumque syrmas*

Adi Alex. Neapolit. 2. cap. 5. Magium. *Miscell.* lib. 3. cap. 3. Turneb. 29. *Advers.* cap. 322 & præfat. Dalecamp. in 28. *Plin.* cap. 9. Inter Hebræos velamina nuptiarum polymita & verticolaria fuerit. Patet ex textu cit. ubi pro peplo quo obnupta erat sponsa, dicitur: *Circumamicta varietatibus,* propter varios velaminis colores: ita ergo pallium virginum polymitum, & multicolor erat. Ezech. 16. 13. Isidor. 22. de *Ecclesiastic.* *Offic.* cap. 20. *Vitta, dum velantur, candido purpuræque colore permiscetur.* Variantur multi colores, ut magis emineant. Statius 2. *Thebaid.* v. 229.

*Ibant in signis cultaque habituque verecdo,
Candida purpureum fuscè super ora pudorem.*

A nonnullis rudi ex materia inter Hæcilitas indicatur nuptiale velamen, quippe in Scriptura vocatur pallium (de quo infra) sed abiecerit fericum. Post divitem vestem, de velamine Synagoge ingrata Sponsæ, iuxta sententiam Hieronymi, dicit Dominus: *Induit te subtilibus.* Aquila: *Floridis.* Hieronym. *Tante subtilitatis, quod pilorum tenuitatem habere crederetur.* Quæ de causa rectè vertitur *Velum bombycinum:* liquidem bombycis fila tenuissima. Maluenda apud quem Veriones multæ, & opportuna argumento. Perpetuam flammæum nuptiarum ex villi, crassa materia; si ita floride pretiosa,

Zon. VII. Jan. 2. Oegg 2. Vei

Virg.

Coripp.

Pl. 44. 104

Pl. 44. 142
Verm. vel
flammæo

Tertull.
Isidor.

Unde dicitur

Plin.

Senec.

Ubi supra
inter Hebræos
multicolor,
Isidor.
Statius.

Ezech. 16.
10.

Velum mu-
lieris socii.

Te. tull.

Quid pallii
& palla in
Lamini?

Tertull.
Val. Max.

Petit dispo-
sitiōe p. a. pu-
de e.
Hieronym

Martial.

Cant. 4. 5.

Martial.
Calder.

Genes. 29.
2. 10.

Varij ritus.

Tacit.

Gen. 24. 67

50 Velamen semper debet esse super caput mulieris: aliàs aperta facie frons duratur, pudor teritur, modestia thyrstro ligata solvitur. Huiusmodi habitum docet natura, docet disciplina. Secundum annorum nomina, vela caput. Si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia, propter patres (ait Tertullian. de Veland. virginib. cap. 15. & 16.) matris enim & laniis quadam non velant caput, sed colligant, à fronte quidem proteche: quã proprie autem caput est, nuda. Aliæ modice lineatilis (credo, ne caput premaneat, nec ad aures usque demissis) cerebrum tenuis operiuntur. Misere, si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen auire non possint. Aliæ quibus maior planè est palmasidest, velum palmatum) omni fimbria & filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia quadam, &c. Graphycè pingit. Proprie, ni fallor, flammeam hand extendebatur, nisi ad occulendam cum papillis faciem. Hispanicè, *Velete*. Ab Itã, 3. 22. *Palliolum*. Aliud enim erat, quod dicitur in feminis *Palla*, eò quod foris palam uterentur hoccine culta. In Biblijs dicitur *Pallium*: de quo quidem ablato, queritur Spona: *Cantic. 5. 7.* & quod secum ferebat Rebecca, dum occurrit Isaac. *Genes. 24. 65.* Pallium hoc breve. Hispan. *Mantellina: Manto pequeña* (quippe non pervenit usque ad talos) dicebaturque velis virginum, quia vultus absconditas, sibijs perveniente ad manus: & ita aperta studiosè feminarum oris ut possent videre, sed non videri.

51 De Arabibus quò dudum inist Tertullian. taxans Afras: *Iudicabunt vos Arabie femina Ethnica, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contenta sint dimidiam frui lucem, quam totam faciem profuturæ.* De Salpicio Gallo ait Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3. n. 10. *Uxorem dimisit, quòd eam capite aperto foris versatam cognoverat.* Nil mirum, cum Romæ & aliquibus Italiæ urbibus, uti Patavij virginis opera facie prodirent in publicum. Unde Martial. 1. 1. *Epigram. 17.* *Pustilla leges, sis Patavina licet.* Hieronym. *Epist. 8.* prope fin. ait de virginibus: *Ulla pulchra, quæ negligit forma bonum, & procedens ad publicum, non peñtus, non colla denudat, nec pallio de-
voluta cervicem aperit; sed quæ celat faciem, & vix uno oculo, qui vultu necessarius est, patente, ingreditur.* Martial. 5. *Epigram. 14.*

Oculoque luos spectat in adrens uno.
Hæcine formã, antequam Spona nudaret faciem, apparuisse videtur coram Salomone, cui summè placuit pudor, ex quo magis pulchritudinis decor: igitur dixit: *Vultus est cor meum in uno oculorum tuorum.* Ita ritus virginum ad nuptias incedentium. Martial. *ibid. Epigram. 79.* & hic Domit. Calderin.

Flammea texuntur sponsa: iam virgo parata est.
Flammea sollicitum praeoletura pudorem.
Hoc enim embolio, quippe Lia penitus involuta pallio, quasi Hecate noctù apparens (Vernacule: *Marimanta*) deceptum in nuptijs fuisse Iacobum, ludicrum arborior, sive vigilantium formium: eest noctù falli potuit, vidit consortem, cum qua connubium contraxit; scilicet Rachelem: verum hac conscientia, patris arte subdola, Lia in tenebris, indultriã silens, pro sorore suscepta. Patet, quia dixit: *Da mihi uxorem meam:* v. 21.

52 Omnino diversi iuxta nationes ritus velorum, atque multifariam cultus pro varietate status. Chalcidoniæ femina cum in viros alienos casti incidere, vel ex proposito ad Magistratus procederent, dimidiam faciem tantum revelabant, alteram maxillam poplo obnubebant. Plutarch. *Græc. qq. 49.* Inter Spartanos (idem in *Apophthegm. Laconic.* in Charilao, Erasim. lib. 1. in eodem, n. 2. Alex. Neapolit. d. & Tiraquell. leg. 1. *Connub. Gloss. l. p. 5. n. 20.*) aperta facie virgo, nupta verò convoluta in publicum procedebat. De Penelope Homer. 18. *Odyss. v. 207.* *Pervenit divina mulierum, ante genas habens mollia vela.* De Poppæa Tacit. 13. *Annal. cap. 45.* *Rarus (ait) in publicum egressus, itaque velata parte oris, ne luteret aspectum, vel quia sic decebat.* E sacris micat. De Rebecca, dicitur loc. cit. num. 50. *Tollens citò pallium, operuit se.* De Sufanna, utpotè nupta, & adstante operto capite decreverunt senes impij, *Ut discooperiretur, erat enim cooperta, ut vel sic satiarentur decore eius.* Daniel. 13. 32. Quare Menoch. lib. 3. *Reipub. Heb. cap. 2. 1. quæst. 12.* placuit ritum Spartz foruisse in Israël: ita ut, nisi ingredientes ad nuptias, virginis reliquo tempore, aperto & nullo velamine procederent inrectè: econtra coniugata, ideoque nuptæ. Salazat Magog. in *Cantic. cap. 3. 5. 4.* affruit, virginis in Israël procedere obvolutas pallio, brevi mantili, lodicula, vel suffibulo, quod vocat *Cæcum*, etenim imprevisum ad visum, & cognitionem obiectorum: nuptis verò fuisse pertenuè velum, ut possent videre, & quasi inter nebulam videri.

53 Iuxta huiusmodi cogitationem interpretatur articulum Sarg cum Abimelech, qui iudi-

judicans non uxorem, sed sororem Abiath: sibi conatus est adjudicare in uxorem: mendaciumque cognoscens dixit Sara: *Eccc in me argenteos dedi: fratri tuo: hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui secum sunt, & quicumque perrexeris.* Ut Sara, per dissimulationem sororem Abraha se posset obijcere; in doli habitu virginum oportuit. Ita ut deposito cultu nuptæ, nimirum capitis flammæ, sese involveret palliolo habitu virginum, ut speciosius simularetur cuboliam. Quare errore à Rege cognito, ne ruinæ alteri daretur è culto fallaci occasione, deprompsit mille argenteos in velamen oculorum: igitur velamen, seu flammeum erat insignè coniugata, qua quidem nota nemo audeat in uxorem sibi poscere, nec quæ eest obvis velo, ricia, aut plagula lateret, sed omninò micaret, quocumque perrexerit. Ingeniosa cogitatio, sed cogitatio. Facilius est (ne etiam Saram pannosum spectrum, delectabile monoculum involucrem, amantium phantalicam formidinem, procorum ambientium terculamen) datos dicere argenteos in velamen oculorum, insignè nuptarum; ut nupta cognosceretur & non nobilis, cum processisset illud usque sine velamine capitis. Virgines enim, ut supra firmavimus, in publicum procedebant fronte aperta, ac nuptæ facie velata. Sint ergo mille argentei (ut turò incedas) in velum, ne corda ac oculos fallax habitu virginum. Appositè Seneca in *Oedip. à v. 405.*

Lucidum cæli decus, huc ades votis.
Huc faves virginum caput,
Vultu sidereo discentis nubilæ:
Te decet vernis comam cingi floribus;
Te caput Tyria cobidere mitra,
Religare frontem,
Spargere fufos sine lege crines,
Rursus adducto revocare nodo,
Crinis flaventi simulata virgo.

54 Ritus nuptiarum etiam varij iuxta varias consuetudines Gentium: inmuta fiebat per varia signa traditio; & patebat consensus contrahentium. Relictis barbaris ritibus, quos compulavit Alex. ab Alexandro, lib. 1. cap. 24. proditum est inter Roman. nuptias fieri tangentibus una sponsis ignem & aquam in limine domus posita. Plutarch. *Problem. 1.* Fest. Pomp. lib. 1. & Constant. ad illud Ovid. 4. *Fastor. v. 798.*

His nova sit contux: hæc duo magna putant.

Olim Romuli tempore in communione panis & aquæ matrimonij sedus inicum traditur. Plutarch. in eo; & Halicarnas. lib. 2. n. 27. Sapiencia sponsa optatur à Salomone. Sapient. 8. 2. cuius coniugij utilitas promitur à Siracide: equidem *Cibabit illum pane vite & intellectu, & aqua sapientia potabit illum.* Eccli. 15. 3. Florentè verò imperio, per Emptionem, aliofocitius, ut videbimus. Apud Macedones, ut refert Curtius, lib. 8. cap. 4. fiebant connubia gustato pane gladio diviso ac libato. *Rex medio (ait) cupiditatis ardore, iussit afferri patrio more panem. Hoc erat apud Macedones sanctissimum cocuntium pignus, quem divosum gladio, uterque libat.* Apud Græcos, Alex. cit. eandem consuetudinem describit, sed Stuck addit post mysteria nuptiarum, *Panis (inist, t. Convi-
val. antiq. cap. 30.) postquam sponsus atque sponsa cum suo comitatu è templo post nuptiarum consecrationem ad sponsi ades pervenerunt, ex adibus assertus in frustra diffectus; ex quo sponsus primo fructum accipit ac degustat deinde illud sponse porrigit; quæ & ipse postquam similiter partem accepit & degustavit, reliquum panem post tergum rejicit, qui à pueris ac reliquis nuptialis pompe spectatoribus, certatim arripitur.* Aurelian. ad lib. 11. *Annal. Tacit. n. 272.* iungit & vinum. *Sab velo adstantibus (ait) duobus coniugatis panem & vinum edendum & bibendum dari.* Sub hac metaphora in amplexum amorum clamat Sapiencia: *Venite, comedite panem meum; & bibite vinum, quod misui vobis.* Prov. 9. 5. Homer. 10. *Odyss. x. 460.*

Agite, comedite panem, & bibite vinum.

55 Inter Galatas ritus ex vino solo: *Fidus enim matrimonij ratum, si ex eodem poculo vir & femina biberint.* Plutarch. de *Claris mulierib.* Scalliger. 3. *Poetic. cap. 100.* & Gregor. Tolosan. *Syntagma. tur. lib. 9. cap. 5.* Inter Hebræos per vinum sponsalia fieri; diximus, *Tom. 5. T. 3. n. 47.* Ita illa, quæ osculum in pignus mutui desiderabat amoris, dicebat: *Dabo tibi poculum ex vino.* *Cantic. 8. 2.* Vide Maluend. & Genebrard. hic. *Bulenger. de Imperator. Rom. lib. 3. cap. 17.* Per *Malæ*, etiam contracta connubia, astitit Pier. Valer. lib. 54. à cap. 1. ubi plura in propositum, quæ tu videris. Non absolute huius arboris poma, sed cydonia intelligenda sunt, quæ dicuntur *aurea*, seu *crysmella*, amoris m-

Genes. 20.
16.

Cur tam fa-
licite inten-
dime velle
Sar., decip
to rege eius
decores

Senecæ

Ritus vari-
in nuptijs
contractis.
Aqua & igne
& Ovid.

Panc &
agna.
Eccli. 15. 3.
Panc & di-
vino gladio.
Q. Curt

Stuck,

Panc & vi-
no.

Prov. 9. 5.
Homer.
Vino solo.

Malæ au-
reit, vel cy-
donijs.

tui insignia, ideoque in ludo osculata, ut subdit Pier. cap. 4. Virgil. 3. Eclog. v. 74. Male me Galatea petis. & v. 71.

Aurea mala decem misi: eras altera mittam.

Inter AA. alij dicunt Aurea mala citrea: Hispanice: Naranjas. Nonnulli, Cydonia. Cotonea. Membrillos, Melocotones. Consule Galeor. Mart. de Doctrin. promiss. cap. 28. Brodium. 1. Mistellan. cap. 34. & Philostrat. in Imaginib. de Cupidin. Inter leges Solonis iubetur post nuptias a sponso & sponsa malum cydonium edi. Freinsheim. in loc. cit. Curtij. Plutarch. Problem. 65. in ista Solon. & in Præceptis conubial. in princip. docet. Iuxta venere Mercurium veteres colloavere uno in sacello; quod voluptas genialis postulat. Suedam & Gratias. Solon præcepit, ut sponsa virato malo cydonio cum sponso, &c. Pespiceo pro positum indicatur, Cantic. 2. 5. Stipate me malis, dicit Sponsa, quia amore lango. Maluend. Falcite me pomis, stipate me ignibus, lagenti vini.

Plutarch.

Rur. 1. o. Extensio alepallij in fer. sicuina caput. Cantic. 2. 3.

Properth.

Cumpl. xii dextrarum

Claudian.

Sidon.

Virgil.

Quæ fax nuptiarum Ecclij.

Seneca.

Tertollian Ramis & lucernis celebrat nuptias.

Juvenal.

56 In sacra pagina, extensione pallij viri in feminam sæpe notantur coniugia. Ruth dixit Booz, quem obtabat sponsum: Extende pallium tuum super famulam tuam. Idem Ezech. 16. 8. dicente Domino Synagoga, quam in sponfam dignatione assumpserat: Expanda amictum meum super te & operui: id est, alam pallij, seu pinnam. Iam pallium utriusque commune, quasi velum in nuptias. Unde quia sponsa per coniugium iam sub velo, dixit coniugata: Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Etiam inter Ethnicos huiusmodi consuetudo. Euripid. in Andromach. v. 84. Cum sub egregij viri pallium veneris: id est, cum nupteris. Propert. 4. Eleg. 4. v. 66. expectante Tarpeia Tatij conubium meri, to proditionis; dixisse succinit:

Fac venias oculis umbra benigna meis.

Ex nuptijs seu potius præliis nuptiarum Rebeceæ constant civiles ritus sponsionis, desponsionis & consensus puellæ muneraque illi data & cognatis. Genes. 24. a 49. Tob. 7. a 10. post sponsionem (sed tunc puellam non desponsam, verum interventione Raphaelis promissam) dixit pater Tobia stipulanti: Noli dubium gerere, quod tibi eam tradam, & apprehedens dexteram filie sue, dextra Tobij tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipsi coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis: & accepta charta fecerant conscriptionem coniugij; & post hæc copulati sunt, benedicientes Deus, &c. Modernos Iudaorum ritus refert Gregor. Tolosan. quod sup. num. 55. Sicine Claudian. in Epithalam. Palladij & Seren. a v. 128. & Sidon. Apollin. d.

Tunc dextram complexa viri, dextramque puella

Tradit, & bis ulterò sancit conubia dictis:

Vivite confirmes, & nostrum discite munus

Oscula, &c. Tunc Diva comes viridantis oliæ

Face ligat, necit dextras, at fœdera mandat.

Meminic Virgilius, lib. 4. Aeneid. v. 307. qui versu etiam 315. accinit:

Per ego has lacrymas, dextramque tuam te

Per conubia nostra, per inceptos Hymenæos.

Inter Græcos valuit consuetudo; ut astitit Xenophon. Rer. Græcar. lib. 4. Inter Persas, idem Cyropæd. lib. 8. Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 5. ex Curtio lib. 3. cap. 3. asserentis a Medis & Persis nuptias celebrari uxoris dextris & osculo acceptis. Apud Romanos etiam dextra data, sed alijs ritibus celebrata conubia, uti dicemus statim.

57 Ante celebrationem ergo fax accendebatur quæ dicta Nuptialis, Tertulian. Advers. Valentianum, cap. 32. Nuptialis quidem dicta ad differentiam aliarum, quæ accendebantur varijs in functionibus. Festus Pompeius lib. 16. subdit: Rapi solet fax, quæ prælaudente nova nupta deducta est; ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in sepulchro comburendam curet: pro utroque mors propinqua alterutrius captari putatur. Marc. Senec. post nuptias ac ex illis strage secuta lib. 7. Contra. 7. ait: Cum infelici face ad dolum suum nova nupta deduceretur. Tunc ornatus interior patebat domus, vestibula, postes atque fenestræ ramis & lucernis decore fulgebant; quod ridet Tertullian. in Apolog. cap. 35. Cor die læto (inquit) non laureis postes adsumbramus, nec lucernis diem infringimus? Idem Iustus Lips. 1. Electi. cap. 3. Ritum sæpe regerit Iuvenal. Satyr. 1. v. 12. & 73.

Quarum non timeat pater oscula nocte coronam

Postibus, & densos per limina tende corymbos,

Longa per angustos figamus pulpita visos;

Ornentus postes & grandi ianua lauro.

Hic nostrum placabo lovem, edibusque paternis

Tuura dabo, atque omnes viole iactabo colores.

Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos.

Prius Catull. Carm. 65. v. 96. & Statius sequitur 1. Silvar. 2. v. 128.

Hæc circum sedes læta contexta locavit,

Vestibulum ut molli velatum fronde vireret,

Vix dum emissi dies, & iam socialia presso

Omina: iam festo servet domus utraque pompa,

Fronda virent postes.

Ab exordio diei dicit celebritatis principium, sicut Iuvenal. d. v. 99. Et matutinis operatur festa lucernis.

58 Cum iam advesperasceret, cunctis aptatis in apparatus, è gynæceo cum pronuba & cognatis, invitaturque ad festa feminis, atque peditequarum obsequijs cum flammæ in publicum egrediebatur Sponsa; & ut a præsentibus plausu posset apici, velum capitis retrahebatur a pronuba. Capella ubi sup.

Flammea virginem qua obnubere sueta pudorem,

Regina demit pronuba.

Comitatum apparatu ambizioso describit Claudianus, 1. de Laudib. Stilicon. à v. 80.

Comitata parentibus exit

Purpureis virgo: stat pater inde trophæis

Inclutus, inde piæ matris regina ferebat

Obsequium, gradibus subnectens flammea gemmis.

Tunc & Solis equos, tunc exultasse choreis

Astra ferunt, mellisque lacus, & flumina lætæ

Erupisse solo, cum sporis aquora vernis, &c.

Ea sola species adulandi supererat. Sine huiusmodi hyperbolis, dom sponsa ostendit faciem describitur eius pulchritudo tam ex facie, quam ex veste; Cantic. 7. a 1. Quia videbis in Sulamite, nisi choros castrorum, &c. Arrisit theatrum Claudiano, dum iterat encomia in Nupt. Honor. & Maria, à v. 26.

Quam prior sceptris facies! Quis dignior aula

Vultus erit? Non labra rosa, non colla pruna,

N. n. er'nes aquant viole, non lumina flamma, &c.

Propter voluptatem & complacentiam ex decore viso laudatoque sponsæ; muera offerebantur, quæ dicebantur Optera. Dona scilicet, quæ dabantur sponsæ, cum retogeretur: ait Bulenger. d. Erant enim alia ab illis, quæ exhibita, dum in nuptias futuras aperta facie declarabat assensum de quibus, num. 31. similiterque dum post nuptias sine flammæ ab hortis ingrediebatur civitatem, uti placet Salazar Hærog. ad Cantic. cap. 3. 6. ex 4. Eldr. 7. 26. ubi: Apparebit sponsa. Ita ergo viderunt eam (remoto velamine) filia Ston. Cant. 6. 8. Vel in Repotijs, de quo num. 76.

59 Sequebatur continuò articulus nuptiarum. Fiebant ergo nuptia inter Romanos Usu farræ & emptione. Uxor dicebatur usucum coram tutoribus in matrimonium conveniebat, & cum viro habitabat, tamquam cum iusto marito. Unde si ille usus intra annum non interrumpetur, usu capta haberetur femina, in usum ducta iuxta leges 12. Tabularum. Ita Roïn. 5. Antiq. Rom. cap. 27. ex pluribus AA. quod ridiculum arbitror, est legibus permittum. Alter cogitat, sed aliquant allusione, est desponsatione præmissa, inter Hebræos Chrysoptom. in cap. 1. Matth. quam sententiam sequitur Bernard. Homil. 2. Super Missas est. n. 12. Vos liquidum Iudaorum erat (inquit) ut à die desponsationis suæ usque ad tempus nuptiarum, sponsa sponsæ traheretur culodivenda; quatenus eorum ipsi eo sibi pudicitiam curiosus serarent, quò sibi ipsi fideiores existerent. At vide dicta à num. 33. Farræ live Confarratio ne fiebat matrimonium (haud quia uxor farræ à marito dotabatur, vel acquirebatur, uti diximus de Ofca, num. 18.) sed quia per libum parta in conubium femina. Confarratio solis Pontificibus conveniebat: ait Severin. Boëtius in Cicer. Top. 1. Plura congruit Tiraquell. in Alex. Neapolit. loc. cit. nescio an apte. Plin. 18. cap. 3. aperte quid sit, indicat, quò Pontificibus solis assignet: In sacris nihil religiosus confarrationis vinculo erat, novæque nupte farræ præferebant. Dalecamp. hic: Festo & Boëtio, matrimonia contrahabantur, farræ libo adhibito, Plinio prælato. Itaque farræum hic libum plures eiusmodi exponunt. Seroatur mos ille præferendi libum ante pro-

Catull.

Reverèd sponsæ facie expressus est sensus.

Capell.

Claudian.

Idem.

Quæ optera dona Bulenger.

Quid nuptia per unum?

Bernard. Quis farræ?

Boet.

Plin.

Dalecâp.

tum in nuptijs pto sportulis ex Ammian. Marcellin. lib. 14. refert Bulenger. d. Pudentilla quinquaginta millia nummum in populum cum expansisset. Rhodigin. loc. cit. Amicis etiam distribuebantur nuuissmata aurea & argentea culla imaginibus Sponforum. Ex Symmacho Epist. 4. lib. 4. astruit Dempster. in 5. Rosin. de Antiq. Rom. cap. 27. Nec in Symmacho, nec in Iureto eius illustratore, invenire potui. Sit ergo in & ex fide dicentis, qui subdit tamquam ex Symmacho: An veritus es, ne a te numisma cullum desiderarem? Potui iacturam sportule facere. Locus elegantissimus (infit Dempster) quo docemur, non convivium modò exhibitum; sed & pecuniam vultibus mariti aut uxoris, aut utriusque signatam, dari ijs consuevisse, qui ad epulas has nuptiales condixissent. Ab utroque donata amicis ubertim oblata. A sponsa vestes, ut ait Homer. 6. Odys. à v. 25. Minervà monente nubilem filiam Alcinoi.

*Nausicaa cur sic te negligentem genuit mater?
Vestes quidem tibi iacent, neglecta, admirabiles:
Tibi autem nuptiae prope sunt, ubi oportet pulchras quidem
Ipsam indui: alias autem his praeberè, qui te ducent.*

A sponso constat. Iudic. 14. à 12. Pollux loc. praef. signat, & Plutarch. in Anton. quem in nuptiarum functione superavit Cleopatra. Munera eximia conivitis distribuit, cum finitis epulis ad sua revertentur: alijs lecticas cum lecticarijs baiulis: plurimis datos equos argenteis phaleris decoros; omnibus Aethiopicos pueros, qui sacibus praelucebant. Athenus lib. 4. n. 25.

65. His namque peractis (accensis lampadibus, ac parato pilento) Sponsus, ut in propria duceret, à patre petebat uxorem; quae cum audisset praecipis fugiebat ad matrem. Innuat Medea, apud Ovid. Epist. 12. à v. 137.

*At subitò nostras ut Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant;
Tibiaeque effudit socialia carmina nobis
(At mihi funesta strobiliora tuba)
Pertinui, &c.*

Tunc rapiebatur Sponsa è gremio matris, paterque ducendam tradebat: quapropter dicitur. In manum dare sponsam, ut maritus proprie ducat. Euripid. in Electr. v. 1249. Piladi duc uxorem in ades ducendam. Ad quod fanatici inveniunt etiam, sicut ad ceteras nuptiales functiones, Deum Domiducum; de quo Rosin. d. lib. 2. cap. 19. Rapiebatur ergo è gremio matris inter Romanos, ut sponsus non aliter suam faceret, quam olim pubes Sabinas, & quia raptus Romae feliciter cecit. Plutarch. in Romul. Apulei. d. lib. 4. De medio matris mea gremio rapuere. Catull. Carm. 63. à v. 20.

*Qui natam possis complexu avellere matris,
Complexu matris retinentem avellere natam,
Et iuveni ardenti castam donare puellam.*

Catull. Claudian. in Epithalam. Pallad. à v. 121. quem ibidem illustrat Barthius;

*Gemmatas alij per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro qua saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Aggreditur Cytheraea virum, stentemque Cupido
Detrahit matris gremio.*

66. Cum noctu hac officia fierent, accendebantur funalia, comitatusque praeparabatur in pompam, reliquaue insignia, quibus commendabatur coniugium, quasi in publicum plaufum. Unde Catullus, quò supr. v. 1. dicit: Vesper adeff, iuvenes conjungite. Tollite ò pueri faces. Ennius apud Fest. Pompeium, lib. 3.

Prodrubunt famuli, tunc candida lumina lucent.

Ergo quasi rapta deducebatur à parentibus (vel inter Græcos refert Apollon. 1. Argonaut. v. 778.) officio frequenti affinium stipata. Alex. Neapolit. d. & tribus pueris patrimis & matrimis, super duos innixa; tertius autem praibat cum tæda nuptiali (de qua, num. 57.) accensâ antequàm nuptia inirentur. Cum ad maritum virgo prodiret; puer ingenuus patrimus & matrimus ex alba spina facem accensam gerebat; eaque praelucebat ad domum sponsi deducebat, more à prisca seculis tradito, quibus non nisi noctu & in tenebris uxorem advenientem maritus accipiebat. Dalecamp. in Plin. 16. cap. 18. Festus huiusmodi ritum arbitrat in honorem Cereris, filiam face quarentis. Ex spina alba nuptialis fax, quippe Spina nuptiarum sacibus auspiciatissima quoniam inas fecerunt pa-

Apparatus in domum sponsi.

Ennius.

Fax nuptialis ex alba spina, vel pinu.

Dalecamp.

flores, qui rapuerunt Sabinas. Plin. quò dudum. Ex pinu aliquando inser Romanos fax iugalis, genialis seu festa. Virgil. in Cyri.

*Nec mihi tam pingui succubant tempora myrrhæ;
Propona nec castos accendet pinus honores.*

Idem Ovid. 2. Fastor. v. 558. Exoptat puras pinæ tæda dies. Verùm lubentibus spina utebantur quasi per illam averrancarentur mala. Funestaque omnia. Idem ibidem. lib. 6. v. 129. Si fatus spinam, qua tristes pellerè possit. A fribus noxas (hæc erat alba) dedit.

Hoc enim intuitu ex persona sponte, puer spina & glande querna oblitus, tuncque ferrens canitum panis, illam præcedens, clamabat: Malum effugi, bonum inveni. Erasmus. Cbistad. 3. Centur. 1. m. 2.

67. Cum noctu huiusmodi (ut dixi) & officium & obsequium; nox lacernis illuminabatur, araeque simul ferebantur, ut thymiamata arderent. Claudian. de Nupt. Honor. & Martæ à v. 206.

*Funalibus ordine ductis,
Plurima venturae suspensæ lumina nocti;
Contentant. Pars ne tæreis dispergere tecta
Fontibus, & flamma lucas adolere Sabæos.*

Sidon. Apollin. 1. Epist. 5. Eadem eveniunt (ait) nubenti & morienti; ut deduci ab amicis, viris & mulieribus, & corona & aromata & unguenta & descriptio opum. Inter Rhodios Sponsus per præconem uxorem advocabat in domum. Plutarch. Græc. problem. 27. Inter Romanos, præcedente tibicine (alij, tabicine) in domum sponsi ducebatur. Alex. ab Alex. d. & Taubm. in Aulular. Plaut. Act. 3. scen. 6. v. 211. Arbitror, ut lampadarij, vel lucernaræ prompti sint in officium illo clangoris sono. Nescio an alludat illud Marti. 25. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille, & ornaverunt lampades suas. Fuisse etiam viros, constat, Luc. 12. 35. ubi: Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris, ut vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertetur à nuptijs. Utrique occurrerant advenientibus, & exibat tam ex domo sponsa, undè adveniebant, quam è domo Sponsi, quò tendebat tota pompa. Necessaria tot funalia, cum etiam per vias caneretur Hymeneus. Alex. Neapol. d. quod quidem etiam inolevit inter Hebræos. Quiescere faciam de vobis Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij & vocem lætitiæ: vocem sponsi & vocem sponsæ. Quinque tantum funalibus utebantur. Romani in nuptiarum apparatu, quippe quinquè Dij nuptiales: quæ quidem faces accendebantur ab Edilibus. Alex. ab Alex. d. Stuck. de Sacrif. Gentil. n. 18. Causas videtis apud Plutarch. Problem. 2. In Marti. loc. cit. decem virgines leguntur, cuius officium (iuxta Catull. Carm. 61. v. 26. funalibus celebrare epithalamium, & comitari Sponsam,

*Vos ite simul integræ
Virgines, quibus advenit par dies.)*

Ut subditur, exire cum lampadibus obviam Sponso & sponsæ. An ideo decem, ex singulis quinq;? An quia cum è suburbanis finibus venirent in urbem; ut ingrederentur splendido apparatu, ex uniuscuiusque domo, sui domino occurrerunt quinq; & quinq; quo patet exirus in obsequium Sponsi & sponsæ? An quia quinq; cum luceris egedientibus in sponsi honorem, veniens ut uxorem in domum propriam adduceret; iungebantur cum alijs quinq; expectantibus utraque, ut simul decem ante sponsam & sponsam prælucere? Singula huiusmodi cogitationes habent ex contextu contrarietates. Arbitror decem signatas per Christum, quò parabola propositum (maxime cum inter Hebræos signatus non esset numerus tederarum virginum, in Sponsorum obsequium; de Abigail 1. Reg. 25. 42. dicitur: Pessima est, & quinq; puellæ ierunt cum ea, pedisequæ eius. Esther. 2. 9. Procece puer ut traheret septem puellas speciosissimas, & tam ipsam quam pedisequas eius ornaret. Quia etiam inter ipsos Ethnicos variatur numerus. Vidimus, num. 43. ex Theocrito, duodecim: Statius 1. Silv. 2. v. 4. novem.) Sensus quinq; signantur lampadibus, illuminati sile, & operibus fori; sine quibus virgo & eius lampas lucret, sed non ardet, cum debeat esse lucerna ardens & lucens: unde cum operibus careret quinq; merito vocatur fatuus, quippe soli sile coelestis deponfectionis prælumpcio, est fatuitas sine sensu. Fatus utique ignis, si splendor dumtaxat ab entitate splendoris. Illa lux plane non lucret, quia lucret in tenebris. Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Ergo in Litteram.

*Vos ite simul integræ
Virgines, quibus advenit par dies.)*

Ut subditur, exire cum lampadibus obviam Sponso & sponsæ. An ideo decem, ex singulis quinq;? An quia cum è suburbanis finibus venirent in urbem; ut ingrederentur splendido apparatu, ex uniuscuiusque domo, sui domino occurrerunt quinq; & quinq; quo patet exirus in obsequium Sponsi & sponsæ? An quia quinq; cum luceris egedientibus in sponsi honorem, veniens ut uxorem in domum propriam adduceret; iungebantur cum alijs quinq; expectantibus utraque, ut simul decem ante sponsam & sponsam prælucere? Singula huiusmodi cogitationes habent ex contextu contrarietates. Arbitror decem signatas per Christum, quò parabola propositum (maxime cum inter Hebræos signatus non esset numerus tederarum virginum, in Sponsorum obsequium; de Abigail 1. Reg. 25. 42. dicitur: Pessima est, & quinq; puellæ ierunt cum ea, pedisequæ eius. Esther. 2. 9. Procece puer ut traheret septem puellas speciosissimas, & tam ipsam quam pedisequas eius ornaret. Quia etiam inter ipsos Ethnicos variatur numerus. Vidimus, num. 43. ex Theocrito, duodecim: Statius 1. Silv. 2. v. 4. novem.) Sensus quinq; signantur lampadibus, illuminati sile, & operibus fori; sine quibus virgo & eius lampas lucret, sed non ardet, cum debeat esse lucerna ardens & lucens: unde cum operibus careret quinq; merito vocatur fatuus, quippe soli sile coelestis deponfectionis prælumpcio, est fatuitas sine sensu. Fatus utique ignis, si splendor dumtaxat ab entitate splendoris. Illa lux plane non lucret, quia lucret in tenebris. Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Ergo in Litteram.

Virgil.

Ovid.

Claudian.

Sidon Apollin. de nuptijs ac funeribus eadem pompa.

Mart. 25. 6.

Est. 7. 3. 4.

Mart. 25. 6.

Fides sint operibus mortuæ.

68 Præcedente ergo puero, qui facem nuptialem ferebat, sponsa perveniebat extracta è sinu matris cum flammeo, ut domus limen hebebat, transire renuens, quò flos maximi decoris delibandus. Unde qui eam deducunt extollentes transferunt. Plutarch. *Problem.* 29. & Alex. Neapolit. d. Servius ex Varron. ad illud Virgil. 2. *Aneid.* v. 469. *Vestibulum ante ipsum & primo limine.* Lucanus, 2. *Pharsal.* v. 359. ut diximus, n. 42.

Tra nslata metuit contingere limina plantâ.

Cornel. Serevel. hic subdit: *Fuit apud Romanos moris, ut domo egrediens nova Sponsa, limen transiret.* Plaut. in *Casin.* Act. 4. scen. 4. v. 1.

Plaut. *Senim superatolle limen pedes, nova nupta, Sospes iter incipe hoc.*

Isidor. 9. *Orig.* cap. 12. ritum attribuit omni inaususto divortij: *Nova nupta ideo vetantur limina calcare; quòd illis tanua & cocant, & separentur.* Unde Ovid. quò dudum subdit:

— *Limen transire memento
Cautius, atque altè sobria ferre pedem.*

Adifis Briffon. de *Formul.* pag. 529. Franc. Hotomanum, de *Ritu nupt.* cap. 19. & Servium ad 8. *Eclóg. Virgil.* afferentem ex Varrone, limina domus Veltz, quæ virgo est, fuisse dicata: ideoque nova nupta non transibat, sed transibatur; ne videretur calcare virginitatem. Catull. *Carm.* 61. v. 103.

*Transfer omne estm bono
Limen aureolos pedes.*

Muret. hic *Ominosum autem putabatur* (inquit) *vel ingrediendo vel egrediendo limen tangere: ideoque Virgilius Equeum illum fatalem in limine substituisse scribit. Quater ipso in limine porta substitit.* Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 3. v. 55.

Ovid. *Ter limen tetigi, ter sum revocatus, & ipse
Indulgens animo, pes mihi tardus erat.*

His enim de causis idem nova nupta iterabat in introitu ad aedes sponsi, ut videbimus, *num.* 73.

69 Iani lucernis, tædis & funalibus splendebat cuncta. *Fervent compita flammis.* Statius. *Silv.* 2. cit. v. 228. *Aneid.* v. 166. & Claudian. in *Nupt. Honor. & Mariae,* à v. 75.

— *Tellus & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther
Contingit; summoque ulularunt de vertice Nympha.
Inque decus Maria iam sidera parturit æther.
Ipsa caput distinguit acu, substrinxit amictus:
Flammea virginis accommodat ipsa capillis.
Ante fores iam pompa sonat, pilentæque sacram
Præadiant lætitura nurrum*

Collocabatur tunc in thæda quasi ad triumphum media inter sponsum & paranympum. Alex. Neapolit. d. ex Paulania. *Thæda plerumque transcebebatur sponsa.* Pollux, d. Rhodiog. 28. cap. 15. In sacris ob huiusmodi pompam, dicitur Cantic. 3. 9. *Vereculum fecit hoc Rex Salomon: columnas eius fecit argenteas, & cinnamomum aureum, & ascensum purpureum, media charitate constravit; ut procederet sponsa, quasi aurora, pulchra ut Luna, ut Sol electa, super dilectum innixa.* Marian. hic:

— *Sponsi consociata curru.*

Marian. *Ut patet, currus ornabatur splendide. Cunctis dicebatur stragulum* (inquit Bulenger. loc. cit. de *Imperator. Roman.* in *plausiro*, in quo sedebat Nympha inter parochum & sponsum: *ne mo alius in plausrum insilire ausus.* Rex Ippolitus, quia in plausrum per iocum & lasciviam insilierat ab amicis sponsi occisus est. Post currum famuli cum funalibus, qui in familia viliores. Hotom. d. cap. 15. & Muret in *Carm.* Catull. 61. v. 5. Perpicuo Plautus in *Casin.* Act. 1. v. 29.

— *Ègône quid faciam tibi
Primum omnium huic lucebis nove nuptæ facem
Pest illam; ut semper improbus, nibi lique sis.*

70 Ante pila insignia nuptiarum portabatur. Primum aqua & ignis, ut ante vestibulum inspergerentur ad puritatem. Varro, 4. de *Ling. Latin.* Aqua portabatur è fonte à puero vel puella felicissima, quæ dicebatur *Aquigerula: Athenis quidem ex Cal-*

Irrohæ fonte. Pollux, d. Meminit fontis Parisian. cap. 227. *Causam insignium ignis & aquæ in nuptijs, videris apud Plutarch. Probl. 1. Nonnus, 3. Dyonisias. v. 510. Bulenger. d. & Turneb. 20. Abovers.* cap. 36. *Ignis & aqua comites Veneris.* Ovid. 2. de *Art. v.* 597.

*Ista vix capient, si iam captanda probarunt,
Quos facies istos ignis & unda viros.*

Quid post ad limen, dicemus, numer. sequent. Inde sequebatur colus cæm lana & fuso. Alexander, d. & Rosin. Mos emanavit à Tanaquil uxore Tarquini, quæ dicta est Cæcilia: de qua Plin. lib. 8. cap. 48. *Lanam cum colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Cæcilia vocata est, in templo Sanci aurasse, prodente se, Auctor est M. Varro factamque ad eam togam regi undulatum in eade Fortuna, qua Servius Tullus fuerat usus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta & fusus cum flamine.* Altruit Dalecamp. hic, Plutarch. *Probl.* 31. qui ibid. & Rosin. ex Varron. asserunt; Thalassium decantatum in nuptijs, nihil aliud fuisse, quam signum lanificij, & calathum, in quo materia & instrumenta in opus. Tibull. 2. *Eleg.* 1. v. 63.

*Hinc & famineus labor est, hinc pensa, colusque,
Fusus & apposito pollice versat opus.*

Pollux d. & Bulenger. calathum deportatum à famula, vocant *Cribrum*, signa nimirum *industria ad opera.* Etiam in Græcia usus. Homer. 18. *Iliad.* v. 583.

*Textis in calathis portabant dulcem fructum
Iuvenes & virginis, pueriliter saltantes.*

Præter hæc simul cum colo & fuso, à puero, qui dicebatur *Camillus*, utensilia sponsæ in vase operto gestabantur. Fest. Pomp. lib. 6. & Varro, 6. de *Ling. Latin.* Aliter Neapolit. d. *Vas artis eximie, quòd Camillum dicunt, ubi mandus & localla uxoris erant, operum in nuptijs ferunt.*

71 Pervenientibus igitur in vestibulum domus sponsi, qui sponsæ faculam eleganter colus portabat, in aëra tamquam in plausum quatiebatur, cæteris clamantibus adesse sponsam. Catull. d. v. 76.

*Claustra pandite ianus,
Virgo ad se. Vide sine, ut faces
Splendidas quantunt comas?*

Propositum erat, ut fragraret, equidem tæda ex ligno odoro, ut placet Gundisalvo de *Salas in Petron. Satyr.* pag. 37. lin 31. ad illud: *Facem lucidam quassans.* Propert. 1. *Eleg.* 3. v. 10. *Et quatuor serena nocte pueri.* Statius d. *Silv.* 2. à v. 4.

— *Quatiantque novena
Lampade solemnem, thalamis cocentibus ignem.*

Imò tunc à sponso allatà aqua & igne, hic ut magis fragraret, vertebatur in orbem. Valer. Flacc. 8. *Argon.* v. 244.

— *Ignem Pollux undamque iugalem
Prætulit, ut dextrum pariter vertatur in orbem.*

Ab utroque rangebatur aqua & ignis, Plutarch. *Probl.* 1. de quo diximus, *num.* 54. & 57. Ritus erat ridiculus. *Ignis & aqua adhibebatur nuptijs, idest, titio ex felici arbore, & aqua equali (Turneb. 29. Abovers. cap. 27.) contra à novo marito cum item è vitium ex felici arbore, & in equali aqua allata esset.* Hæc ex Varrone idem ibid. sequebatur huiusmodi ritum pluvia florum. Claudian. *Epithal.* d. v. 103. & in *Nupt. Honor. & Mar.* v. 297. *Floribus extrahitur currus, iuga floribus balant.*

*Nec pluvia flores dispergere ritu
Cessat, purpureoque Duem perfundere nimbo.*

72 Sæpè sponsus alio in curru præcedebat cursum pompam, interim sponsa relicta cum paranympo; ut videret, an cuncta ritè disposita, ut decenter reciperetur nova nupta; ita ut floribus ac frondibus fores ac vestibulum rutilarent ornata. Rosin. d. maxime postea: ad quos cum perventum, à domesticis interrogata sponsa, quanam & qualis esset; respondit: *Caia. Idest, legitima uxor, ut diximus supra, & Plutarch. Problem.* 30. *Caius Titius quò sup. num.* 61. seu Tit. Probus, 5. ult. subdit: *Fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquini Prisci Regis uxorem, optima mansuetam fuisse: & ideo institutum esse, ut nove nupte ante ianuam mariti interrogata, quanam vocarentur; Caiam esse se dicerent.* Hæc de causa illic nova nupta, paratu magno ianuam lanâ cingit, & coronat, ac multa exornat læro, posteq; vicitis laneis decorat, detractis è flamine colus. *Lani auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere; postea à nubentibus attingi (Tiraquell. Accingi)*

Quare igitur

Ovid.

Colus quare
& fatur
Plin.

Qui Thalia
fuit

Tibull.

Etiam in sig
ne, cribrum
Homerc.

Et camilla

Alex.
Neapol.

Catull.

Ventilatio
facit inq
vestibulo.
Statius

Valer.
Flacc.

Turneb.
Sorgeban
tur fores.

Claudian.

Et interro
gata sponsa
quænam es
est.

Tic Prob.
Lani nosse
rangebat &
ornabat.

inbentes. Plin. lib. 29. cap. 2. & Servius ad illud Virgil. 4. *Æneid.* à v. 458.

Virgil.

Quid esta
Rhodigin.

Ovid. *Epist.* 7. v. 98. *Frondei, vellera & alba regunt.* Lucan. 2. *Pharsal.* v. 335. *Infula que in geminis discurrit canataa postes.* Tunc illos sponsa ungebat, sed superstitiosè Plin. 28. *cap. 9.* hic Dalecamp. & in *cap. 2.* lib. 29. Interim sponsus celebrabat *Catachysimus*; quod inter Græcos ita refert Rhodiginus, 26. *cap. 6.* *Ingreddentibus serois (infit) prope focum, moris Athenienium fuit, profundere super illorum capita palmaceos fructus, collybos, Ides, nummos, legumina, caricas, nuces, & id genus plura, quæ à conferuis sic effusa rapiebantur; & dicebantur Catachysmata, quoniam Catachysis profusio est. Quin & sponsi caput perfundere sic quoque, assueverant; boni omnis capitandi gratia. Vide Bulenger. de Ominib. cap. 1.*

Claudian.

73 Tapetes tunc sternebantur super limen, & vestes plausi adstantes humi demittebant; ut possit transire usque in fores nova nupta. Claudian. loc. cit. in *Nupt. Honor.* v. 211. *Paris infesta croco velamina lutea Serum Pandite, Sidoniaeque solo prosterni te vestes.*

Vela & vest
turn ut spon
transtret ad
limen.

Turneb.
Transibant
limen in in
tristia, &
axis curru
trudebatur
igni.
Psal. 44.
11.

Hocine apparatu, sicut egressa è domo paternâ; ita manibus clientum tollebat nova nupta, & in ædes inducebatur. Rosin. d. Diximus, *num. 68.* sic evchi in exitu, sed praefatus Auctor cogitat in introitu. Utrumque astitit Turnebus, 8. *Adversar.* cap. 11. *Nova nupta olim non solum non contingebat limen in quam deducebatur, sed nec eius, de qua exibat. Illud autem à multis observatur, hic non item. Illico axem curru quo deportata in domum mariti, pro foribus incendebant, ut signarent illum ibi perpetuo mansuram, neque ullâ tempestate inde recessuram. Alex. ab Alex. d. Ritus sumptus ex Boetia, ut refert Plutarch. *Problem.* 29. In sacris expressè præcipitur sponse, *Psal. 44. 11. Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum & domum patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum, &c.* Tam currus axis traditus in cibum ignis, Crucia s hic.*

Cruc.

Nuces dif
ferja pue
ris.

Carall.
Plutarch.
Pellis lana
te sedes.

Stuck.
Sponfa
tradedi
claves.

Macro.
Tres affi
distribuat
& quo in
tu tu

O audi me nata, vide, rem peñore serua:
Po ne cuos animo patrio oblita penates.
Ingreddente sponsa, pueris Thalassionem cantantibus, nuces spargebant. *Nuces in glandes nuptialium Festeniorum comites.* Plin. lib. 15. *cap. 22.* Varro, 4. *de Lingua Latina.* Festus, lib. 12. Virgil. 8. *Eclog.* v. 30. *Spargite marite nuce. Et Catull. d. à v. 125.*

Non nuce pueris neget,
Da nuce pueris.

74 Accipiebatur fessivè à familia, sedebatque in pelle lanata. Sponsam, quando introducunt, pellem caprinam ostendunt. Plutarch. *Problem.* 31. Stuck. ubi sup. n. 216. *Vel quid antiquitus olim pellibus consopirentur, vel ut attestarentur lanificum se praestitum viro.* Idem Felt. lib. Arbitror ob obsequium Iunonis, nuptiarum auspiciatricis. Iuno sospita (inquit Cicer. 2. *de Natur. Deor.*) cum pelle caprina hastâ & scutulo. Videlicet Charitar. *de Imag. Deor.* à fol. 130. Gyrard. *Synagm.* 3. n. 17. & Natal. Comit. 2. *Mytholog.* cap. 4. Illi statim in signum dominij matris familias, ac regimini domus, tradebantur claves. Felt. *Pompeius.* lib. 3. quas servabat secum ad usum dici sequentis, in quo officium cum domestico sacrificio exercebat. Quia primus nuptiarum dies verecundia datur; postmodum nuptiam in domo viri dominium incipere oportet adifici, rem sacre divinam. Macro. 1. *Saturnal.* cap. 15. Morem roborat Cael. Rhodigin. 27. *cap. 14.* Tunc furgens emebat sponsum, & alia superstitiosissimè agebat. Ipsa autem cum viro congressi primum, tres ferebat alces, ex quibus unum viro dabat, velut imaginariam emptione sibi in sponsum pretio quaesiverit; alterum quem in pede habebat, in foco Larium collocabat; tertium, postquam secundum tradiderat igni, in compito vicino Dijs Compitalicis dicebat, hancque in facipero, hoc est, crumenâ ampliore ferebat. Ita Nonius Marcell. in *Doct.* in *dagm.* ex Varro; quem sequuntur Alex. Neapolit. Tiraquel. Rosin. & Dempster. quò sup. Postinde incunctanter in domus interiora deducebatur. Usus inter Hebræos. Cantic. 1. 4. *Trabe me, post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus & letabimur in te.* Idem cap. 2. 4. quò petit inpergi foribus præ amaris excellenti magnitudine. De se loquitur & alijs: tum quia pronuba illam usque in thalamum comitabatur; tum, quia quinquè etiam virgines prælucebant cum facibus. Alex. ab Alex. ubi sup. Domus decorem depingit floridè Catull. *Carmin.* 65. à v. 43.

Ipsum

Ipsius ad sedes, quacumquè opulenta recedit
Regia, fulgenti splendat auro, atque argento.

Gaudet ebur solij, collucent pocula mensis
Tota domus gaudet regali splendida gazâ.
Pulchra verò Divæ geniale locatur
Sedibus immadjs, tado quod dente politum
Tincta tegit roso conchylii purpura fuce.
Sic sedes pilis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte, &c.

75 Proinde embascicæ, id est, pocillator procedenti in thalamum præferebat Hy-menæi præclaram facem. Bulenger. d. ex Petronio, qui pag. 14. subdit: *Iam Psyche paelle caput involverat flammeolo, & bilares femine longum agmen plaudentes fecerant, iam embascicæ præferebat facem, thalamumque exornaverant veste. Matronæ verò & virginum turba præ foribus novam nuptiam relinquunt, flores spargentes.*

Sonat aula tumultu
Femine: casti matre cinxere coronâ
Argolides; pars virginibus circumdantiquè fusa
Fœdera conciliant nova, solanturque timorem.

Succinè Stadius, 2. Thebaid. v. 25. Martiân. Capella *de Nupt. Mercar.* lib. 9. *Conscia iam Veneris nodâ ferta parate Nuptæ*
Crocunquæ lecto spargite: pulchra altum comite:
Inque thorum violas certatim fundite concubis.

Uthalamî tegere fores, tum vere rubentes
Desuper inconvert calatib, largisque rosarum
Imbres, & violas plenis sparsere pharetris.

Accedit, radijsauri Tyriaque superbit
Mæstate thorus.

Succinè Claudian. 1. *de Laudib. Stilicon.* v. 79. & *Epithalam. Pallad.* à v. 116. Sponsa sacra
brevius: Cantic. 1. 16. *Leclulus noster floridus: & illi, qui passitur inter lilia: cap. 6. 2.*
Claudian. in *Nupt. Honor. & Mariæ.* à v. 213.

Assurgit flore sub uno,
Seu gemine Pestana rose per iugera regnant.
Ast alij thalamum docto compositè textu:
Stamine gemmato, picturatisque columnis
Adificietur apex.

76 Postdie nuptiarum celebrabantur Repotia: & primò mane ollam sponsa suam ad focrum petium mittebat; quam soerus auilerè cum asperitate abnegabat, quasi augurantibus frequentiora iurgia inter nurum & focrum. Rhodig. lib. 28. *cap. 18.* Illicò surgenti altera tradebatur clavis, indicium facilitatis partus. Felt. lib. 3. & cum reliquis, pridie traditis, in domo mariti libertatem auspicabatur, & simul cum re divina domesticam iurisdictionem exercebat. Tunc munera *Eupalia* & dona, quæ secunda die nuptiarum à patre sponse dantur sponso & sponsæ per speciem pompe. Suidas & Pollux quò dndum. Illo die nuptiale munus filia mittebatur à patre. *Ingenius puer specie libera-li, candida amicum tunica cum ardenti face præibat: longo mox ordine succedebant, qui mundum malebrem, deinde qui aurum & gemmas, deinde qui vasa & pelves, qui pectines & alabastros, qui sandalia, & domum reliquam supellestem ferebant.* Alex. ab Alex. d. Bulenger. quò sup. *Puer dux, post eum canephora puella, calatib ferens: reliquæ sequentes aureos pelvos, smezmata detegentia, sellas pectines, sandalia, thebas, unguenta: interdum & simul ferebant dotem.* Reliquæ quisquillæ mundi muliebris, & huiusmodi functionis referuntur à Rhodigino, 28. *cap. 18.* Hæc munera præter quæ accipiebatur à sponso propter thalamum. Pollux d. & ab amicis, quia remoto velo, visendam se revelatâ facie præbebat; quæ de causa, dona dicebantur revelatoria: Græcè, *Ana-calptéria.* Sicut *Eupalia*, quæ à patre puellæ illo die mittebantur sponso; eò quod in eius aulam tunc primam divertisset sponsa. Rhodig. ibid. Illo enim in die apud novum maritum propiores affines lætiori convivio nuptias percolebant. Apuleius 1. *Apolog.* Festus Pompeius, lib. 13. & 16. & Horatius 2. *Satyr.* 2. à v. 59. Repotia dicta, quippe è die nuptiarum reficiebantur potiones; & honestioribus cæna, vilioribus conferebatur sportula. Rosin. d. Eadem istiuscè convivij solemnitas, ac natalis. Aufon. *Epist.* 13. *verf.* 47.

Catull.

Quid est
Embascicæ
Pecion.

Stadius.

Capell.

Claudian.

Leclulus flo
ridus.

Idm

Repotia.

Olla nupta
negata spon
sa.

Suid.

Que dona
Eupalia
Alexand.

Illorum ps.

Bulenger.

Quæ no
vum nupti
um: mune
rabant loc
sui & ami
ci.

Convivium
in domo spon
sæ.

In